



1730  
1930  
=

con

40

1. Pa

00

3. H

M

fa

7. M

H

5. M

W

1737

1. O

20

nu





4. Pri. 28. num. 38. ~~2100~~

23

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA,  
DE  
**EO, QVOD PRÆCIPVE**  
**IVRIS EST, CIRCA HOMI-**  
**NES PROPRIOS**  
IN  
**MEGAPOLI.**

1738, 9

P. 229.

QVAM,

DEO AVSPICE,

MAGNIFICO ICTORVM ORDINE IN ILLVSTRI ACA-  
DEMIA PATRIA SVFFRAGANTE,

SVB PRÆSIDIO

**DN. ERN. IOH. FRID. Manßeln,**

PHIL. ET IVR. DOCT. ATQVE PROF. ORD. FAC.

AD H. A. DECANI,

FAVTOVIS AC PROMOTORIS SVI COLENDISSIMI,

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IURE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS RITE OBTINENDIS,

DIE APRILIS MDCCXXXVIII.

H. L. Q. C.

PLACIDÆ ERVDITORVM DISQVISIONI  
PVBLICE OFFERT



AVTOR

**DAVID JONATHAN SCHARF,**  
SVERINO-MEGAPOLITANVS.

R O S T O C H I I,


Typis JOHANNIS JACOBI ADLERII, SERENISS. PRINCIPIS  
& ACAD, Typogr.





UNIVERSITÄT  
DE  
H. O. V. O. P. R. A. T. I. O. N. E.  
J. V. E. S. T. C. I. T. A. T. I. O. N. E.  
N. E. S. P. R. O. P. R. I. O. S.  
M. E. G. A. P. O. L. I.

DEO APOSTOLICE  
MAGNifico THEOPHILUS  
DEI PATRI ARCHIEPISCO  
S. V. B. P. R. A. E. S. I. D. I. O.  
D. N. ERN. JOH. FRID. STANGELINUS  
PHIL. ET JUR. DOCT. ATQUE PROF. ORD. FAC.  
AD L. A. P. O. S. T. U. M.  
FAVORS AC PROMOTOIS SUI COELENDE



EXAMINE IN VIROCO THEOPHILUS AC STANGELINUS  
DOCTORUM VITAE ORDINARIUS  
D. N. A. M. O.  
EACANT ERN. JOH. M. STANGELINUS  
P. R. I. N. C. I. P. A. L. I. S.  
A. V. T. O. R.  
D. A. V. I. D. J. O. H. A. N. N. E. S. T. A. N. G. E. L. I. N. U. S.  
S. V. E. R. I. G. M. E. G. A. P. O. L. I. T. A. N. U. S.  
R. O. S. T. O. C. H. I. I.  
J. O. H. A. N. N. E. S. J. A. C. O. B. I. N. U. S. P. R. I. N. T. I. P. S.  
L. A. N. D. A. M. 1772





*VIRO ILLVSTRI AC GENEROSO,*

*DOMINO*

**CHRIST. LAVRENTIO**  
de **BILDERBECK,**

**ICTO CONSVMMATISSIMO,**

*AVGVSTISSIMO ET POTENTISS. REGI MAGNÆ  
BRITANNIÆ ET ELECT. BRVNSVIGO-LVNEB.*

**A CONSILIIS AVLICIS,**  
**PRÆFECTVRÆ CASTRENSIS**  
**ADMINISTRATORI IVSTITIÆ**  
**GRAVISSIMO,**

**ORDINIS EQVESTRIS DVCATVS CEL-**  
**LENSIS SYNDICO FVLGIDISSIMO,**

**AC**

**CONSVLENTI PRÆSTANTISSIMO,**  
**AGNATO SVO, OMNI OBSERVANTIÆ CVLTV**  
**PROSEQVENDO,**

) ( 2

*VIRO*





*VIRO EXCELLENTISSIMO ATQVE  
CONSULTISSIMO,*

DOMINO

**CHRISTOPHORO  
KNOVENAGEL,**

*FACTO CONSUMMATISSIMO, CONSILIARIO  
AVLICO MECKLEN-  
BURGICO SPLENDIDISSIMO,*

**CONSULENTI EXIMIO,  
AVUNCULO SVO**

**OMNI OBSEQVIO ÆTERNVM COLENDO,  
PATRONIS AC MÆCENATIBVS SVIS INDVLGENTISSIMIS**

**HANC DISSERTATIONEM INAVGVRALEM  
IN TESSERAM ATQVE DOCUMENTVM  
OBSTRACTISSIMI ANIMI,**

**DAT, DEDICAT, DICAT**


**TANTORVM NOMINVM**

**obsequiosissimus Cultor.**

**AVCTOR.**

**PRO.**





# PROOEMIUM BENEVOLE LECTOR!

**A**mplifsimus quidem illis, qui in arenam disputatoriam prodire cupiunt, aperitur campus, & varia doctrinae genera sese offerunt ventilatu digna; Sed cum in ea nos hodie republica literaria versetur, cujus egregii Antistites atque Fautores nullam ferme reliquerunt materiam, qua non jam dudum ab illis adeo usque trita atque enucleata esset, ut vix dici scribique quid possit, quod non ad nauseam usque iis, qui in studio juridico operam navant, liquido constaret; mihi cum in eo essem, ut disputationem, quam dicunt inauguralem, more majorum, conscriberem, sane non leve dubium in eligenda materia se obtulit. Præprimis tandem elegi doctrinam istam pragmaticam *De Eo, quod præcipue Juris est, circa homines Proprios in Megapoli*. Scio equidem, multos atque egregios jam existisse Ictos tam Patrios, quam Extraneos, qui ad materiam servi-





tutum personarum commentati sunt; Sed suum cuique. In Dissertatione mea solum contendam ea communicare, quæ præcipuè circa PERSONAS, ACQUISITIONEM, BONA ac VINDICATIONEM HOMINUM PROPRIORUM IN PATRIA; de Jure, Consuetudine ac Observantia occurrunt.

Quæ omnia ut cedant in Summi Numinis Gloriam, ac in proximi utilitatem, DEUM T. O. M. aliis super aliis defatigabo precibus, velit labori huic benedicere, atque conatus meos impofterum quoque sibi quam clementissime commendatos habere.

Te autem B. L. si forte quid minus apte, minusve congrue scriptum fuerit, ad ea, quæ habet §. 14. *Secunde Pref. ff. de Confirm. Digestor. ad Senat. & omn. popul.* ablego, ubi terse scribitur, quod omnium nempe memoriam habere, & penitus in nullo peccare, plus divinitatis, quam humanitatis sit.

Restat, credo nihil, quam ut ad ipsum propositum me accingam. A DEO denuo auxilium; à tua autem B. L. humanitate æquum iudicium, non iniquam cætonis Censuram exspecto.

**V A L E !**

**CAP.**



CAPUT. I.

De eo, quod præcipue Juris est, in Megapoli, circa Personas Hominum Propriorum.



Servitutem subjectionem alterius omnimode audire, perspicue constat. Hinc vita est fama celeberrimus B. KOEHLERUS, Philosophia Professor Jenensis, Præceptor olim meus astutus in Exerc. Juris Nat. Exercit. 5. §. 897. eam definit, quod sit status, quod quis al-

*Origo servitutis brevissimis ostenditur.*

terius imperio actiones suas omnimode attemperare teneatur. In statu naturali nullum dari hominem superiorem, nec ullum alteri subiectum, sed omnes sibi esse æquales, quis est, qui ignoret? Hoc præsupposito, mihi haud incongruè liceat eorum sententiæ subscribere, qui servitutem ex Jure Gentium originem trahere statuunt §. 2. J. de Jure Personarum. Unde & apud omnes gentes servitutem in usu fuisse, ex historiis tam sacris, quam profanis cujuscunque ferme seculi patet.

Meum hic non est in gentium servos & quid circa eos juris reperiebatur, separatim multis inquirere; Siquidem multi jam ante ejusmodi in se susceperunt labores. Spectat etiam illud magis ad historica, quam quæ heic loci ad scopum faciunt.

Id interim mihi persuadeo, originem hominum nostrorum propriorum esse magis adscribendam moribus Germanorum, quam Romanorum. Profiteor equidem, quod





quod non dixisse, sed probasse sufficiat; Sed in ejusmodi amplissimum campum excurrere, tam reliqua materię tractatio, quam modus dissertationi præfixus prohibent. Qui hujus igitur exarsciatam habere cupit copiam, is adeat *Illustris Friedericiana Directoris BOEHMERI, Disp. de Jure & Statu hominum propriorum à servis Germ. non Rom. derivando, Hale, 1716. habitam.*

## §. II.

*Dissentiant* hac de re non solum valde dubitant, & quasi sectas faciunt *hic DD.* vid §. 3. sect. 2. *supra cit. Dissert. Böhmeriana*; Excell. DN. ESTOR in seinen auserlesenen kleinen Schrifften 2ter Band. C. 4 §. 30.

Servitutem nunquam penitus in Germania fuisse sublatam, perspicere sitis ex Constit. Germ. sec. XIV. & XV. liquet. Veros vero, prouti quibus Romani utebantur in Germania non existisse servos, Tacitus in *Tr. de moribus Germ.* indicat, ZASIUS L. 2. *sing. Resp.* 7. n. 76. Sed hæc omnia, quippe quæ jam dudum ab aliis sunt tractata, heic repetere supersedeo, & me potius ad ea quæ scopus præcipit accommodo.

Specialius verò pertractaturus ea, quæ ad jura ac consuetudines Patriæ pertinent, quæ im antea de differentia inter homines nostros proprios & servos Rom. esse monenda statuo.

## §. III.

*Contradistinguntur*  
*H. P. servis*  
*Rom.*

Quando igitur Rom. servis jus standi in judicio penitus interdicitur, LAUTERB. in *Comp. ff. de Judic.* p. 97. L. 107. ff. de Reg. I. quis est, qui hoc hominibus nostris propriis denegat? LAUTERB. cit loc. ibique VULT. C. 5. n. 9. Patet enim illis accessus ad tribunal, nullo Jure contradicente. Pari quoque ratione illis vindicatur Jus patriæ potestatis, facultas succedendi, propria bona possi-



possidendi & commercia in propriam utilitatem exercendi. *MEV. ad I. L. I. Tit. 3. §. 40. & Tit. 4. Artic. 2. §. 27. GAIL. de pignorat. Observ. 8. n. 3. hæc tamen omnia denegabantur Rom. servis, S. I. J. de his, qui sui. L. 22. ff. de R. J. Sufficiant hæc de differentia hominum propriorum & servorum Romanorum.*

Hodiernos quod porro attinet homines proprios, quos vulgo *Leibeigene*, sive *halbeigene*, appellamus, etfi quidem neque *servis*, neque *adscriptitis*, neque *colonis*, neque *libertis*, neque *statua liberis* omnimode æquiparari possint, novam tamen præ se ferunt speciem de natura ac conditione omnium illorum aliquid participantem. Ita docet *B. Cancell. Meckl. COITHMANN, Vol. I. Resp. 40. n. 22. GAIL. de Pignor. Observ. 8. n. 3. ZASIUS sing. Resp. L. 2. C. 7. n. 8. WEHNER Observ. Pract. voce Leibeigen.* Solide igitur scribit acutissimus *Dn. MEV. ad J. L. Lib. I. Tit. 3. quod si Germania mores scrutaris, non ubique omnium eandem esse conditionem invenies.* Longe quidem aliam esse conditionem hominum propriorum hujus, ac cæterarum provinciarum Germaniæ, tam *LL. nostræ agrariæ*, quam *observantia*, *Consuetudo* ac *Praxis* corroborant. Interdum tamen quædam similia, quæ alibi & præsertim apud vicinos. mores faciunt, ratione personarum, fundi & operarum in his quoque terris observari, ex historicis liquet. De Pomerania, quippe quæ terris nostris simillima, *Excell. Jctus Gryphicus Dn. BALTHASAR in diss. novissima de origine statu ac conditione hominum propriorum in Pomerania, speciatim multa annotavit.* Pari quoque modo supra laudatus *Dn. ESTOR in seinen auserlesenen Schrifften 2. T. C. 5. P. 156. de servis Westphaliæ quædam disserendo, parem adhibuit diligentiam. Cæteros taceo.*

§. IV.

Qualis hominum propriorum in Megapoli fit conditio, serenissimus Legislator in *LL. nostris agrariis*, sive *Meckl. vincta.*

B

*Describan-  
tur secun-  
dum mores  
hujus Pro-  
vinciæ.*





Mecklenb. Gesinde-Zagelöhner-Baur- und Schäffer-Ordnung Tit. 2. Von Bauers-Leuten und deren Dienstbarkeit und Ausfolgung §. 1. directis verbis seqq. indicat. Weil sie ihrer Herrschaft, dieser unserer Lande und Fürstenthume Fundbahren Gebrauch nach, NB. mit Knecht- und Leibeigen-schaft, samt ihren Weib und Kindern verwand, und dahers NB. ihrer Verfohn selbst nicht mächtig ic. ut ulteriorem definitionem vel si mavis descriptionem omittam; Siquidem notas characteristicas servitutis seqq. §. §. jam clariores reddent. Ex antecedentibus mihi præprimis liceat circa id occupatum esse, ut ostendam, quid significet proprie Knecht- und Leibeigenschaft. Sunt quidem nonnulli, qui existimant, esse differentiam quandam inter Leibeigen- und Knechtschaft; *SPEIDEL* in *Spec. Jurid.* voce Leibeigene Leute, & *Seb. FRANCK* in der *Keyser-Chronick* fol. 241. differentiam in eo consistere annotarunt, quod, Leibeigen seyn, significet, gleichwohl eigene Güter haben, aber, seinen Leib nicht dürffen verrücken unter eine andere Herrschaft, ohne seines Hn. Vergunst und Willen; Knechte aber, welche die Wallachen Sklaven nennen, sind mit Leib, Weib und Kind, Haab und Gut ihres Herrn. Sed cum quoad effectum, secundum LL. ac observantiam in Megapoli, Knecht- und Leibeigenschaft, pro synonymis ferme habeantur, haud incongrue statuo, quod Leibeigene, sive Knechte, Bauern, Unterthanen in hac provincia sint, qui corpore & certo respectu, bonis, dominorum suorum nexui ita sunt adstricti, ut ab illis in totum dependeant, & iis inficis aut invitis nihil eos ab ejusmodi nexu liberet. Concordat cum hoc asserto supr. cit. *Bauer-Ordnung*, Tit. 2. §. 1. & revidirte *Mecklenb. Policy Ordnung*, de Anno 1572. ad tit. 40. §. 1. *Asscuratio und Revers.* de Anno 1572 & 1621. §. 44. pag. 32. *HUSANUS Cancell. Meckl. de hominibus propriis*, C. 8. n. 7. videretur quidem homines proprios in Megapoli non equidem optimæ esse conditionis, sed quod



quod rectius etiam non sunt deterrimæ, prouti pluribus annotavit Dn. PRÆSES in Specimine 2. ff. Juris Mecklenb. p. 5. §. 7. & 9.

S. V.

Ejusmodi homines proprii distinguuntur in Megapoli respectu Dominorum, sive potius intuitu prædiorum in rusticos domaniales sive præfecturarum Ducalium, Fürstl. Ambs: Bauren & in rusticos Dominorum Nobilium Adelsche Unterthanen, it. in Klostern und Pfarr-Bauren, quos dotales, vid. B. SPENERI Tr. Specialis, appellamus, aliorumque qui prædia tanquam propria possident.

Ratione agrorum atque determinatæ quantitatis, dividuntur in completos Ganz- oder Vollen Bauren, ganz Hüsener, qui integrum mansum vel hobam completam, & inter dimidiatos, halbe Bauren, halbe Hüsener, Kossaten, Kätheners, qui dimidiam hobæ partem possident, ut & in Viertel-Bauren, quos nonnulli specialissimè Kätheners, Kotttsassen, oder Kossaten, appellant. Sed hæc omnia a factis & pactis dependent; Dantur enim & qui tres quartas habent mansi, Dreyviertel Hüsner. Quid habeant singuli pro Inventario & instructione fundi, woz in die Hofwehrl und Besatzung bestehe, & quid præstent, ob sie Vieh und Fuhr, oder nur Hand Dienste, unde & Hand-Frohner dicuntur, præstare teneantur, HUSANUS de hominibus propriis C. 6. p. 192. n. 66. B. TORNAV de Feud. Mecklenb. P. 2. Sect. I. C. 5. p. 189. In ampliorem eorum divisionem excurrere è re mea hic non est, sed potius seqq. §. §. notas characteristicas servitutis Mecklenb. specialius reclusurus ero.

§. VI.

Homines proprii in Megapoli in dominio Domini esse, tam ex constit. supra cit. quam ex consuetudine praxi ac observantia abunde constat. Dominium utpote

B 2

quod

Homines proprii sunt in proprietate Domini.





quod præsupponit facultatem alicui competentem, re a  
 liqua pro arbitrio utendi in sui emolumentum, compre-  
 hendit proprietatem, *LAUTERB. Compend. ff. L. 41. tit. 1.*  
*p. 562.* Proprietas ita comparata, ut dominus gaudeat  
 facultate, ad quod proprium pro arbitrio utendi in sui  
 commodum, *celeb. KOEHLER in Exerc. J. N. Exerc. 7. S.*  
*1481. & 1483.* Igitur cui competit proprietatis ei & ne-  
 cessario dominium. Homines proprios in provincia Me-  
 cklenb. ad proprietatem domini spectare, dicta Confiti-  
 claris verbis S. I. indicat: *Dasß sie der Herrschafft mit*  
*Knecht- und Leibeigenschafft verwand, unde & homines pro-*  
*prii Leibeigene, dominus proprietarius vero Leibherr, it.*  
*Leib- und Hals-Herr, dicitur, BESOLD. Consl. 39. n. ult.* Ex  
 his præsuppositis reliqui omnes effectus proprietatis  
 quam facillime sequuntur. Videretur & hic, Dominium  
 Nobilem, cui e. g. feudum a principe tanquam in domi-  
 nium utile concessum, etiam nonnisi utile dominium in  
 rusticos, qui accessorium sunt principalis, sive feudi,  
 exercere posse; Sed longe aliter se res respectu rustico-  
 rum habet. Vasallus enim, prouti *MENOCH. Recup.*  
*Possess. remed. 10. n. 73.* annotavit, etsi ratione feudi dire-  
 cto domino subdit, non tamen Vasalli homines proprii,  
 pleno jure dominium in rusticos exercet: Rei amis-  
 sio generat rei vindicationem: Rei vindicatio vero non  
 solum ad res mobiles irracionales & immobiles sese exten-  
 dit, sed etiam ad homines proprios, qui ex parte ad res  
 spectant. Imo vindicari possunt civitatum incolæ, *L.*  
*37. ff. ad municip.* ut & Dominorum subditi *WESEMB.*  
*ad Tit. C. de Jurisd. omn. Judic. HUSANUS Tr. de Hom. pro-*  
*pr. C. 7. N. 70.* Id quod magis corroborare potest, homi-  
 nes proprios quoque esse in dominio. Quicquid in domi-  
 nio alterius est, illud ad eundem pertinet. Facillime igitur  
 argumentari licet, homines proprios domino esse obli-  
 gatos ad reverentiam atque fidelitatem, quam in nonnullis  
 locis



locis Juramentò, in plerisque verò præfecturis atque prædiis stipulata manû promittere tenentur. Manus enim porre Etio der Handschlag, secundum mores hujus Provinciae, habetur pro signo potestatis in rusticos, MEV: *supr. alleg. Tr. Q. 2. N. 68. HUSANUS de hom. propr. C. 4. n. 10.*

§. VII.

Cum ex supra adductis jsm constet, homines proprios per notoriam observantiam in Megapoli esse in potestate ac dominio domini, lubenter ex his concludo, quod domino fundi liceat hominem proprium pro lubitu alienare. Cumque vero in Megapoli homines proprii ita terræ sunt adnexi, ut pro parte fundi & immobilibus quasi habeantur, MEV. P. 4. Dec. 24. n. I. adeo ut in quavis alienatione sequantur fundum, tanquam pars ei connexa, nisi dominus vel proprietarius specialiter exceperit. MEV. cit. Tr. Q. 2. n. 80. Id. P. 3. Dec. 8. n. 4 GAIL. L. 2. Observ. 62. n. 5. Moveretur hic quaestio, utrum homines proprii etiam sine fundo alienandi domino competat facultas. Jure quidem Civili ejusmodi alienatio sine fundo facta prorsus interdicitur per L. 2. § 7. C. de agric. & censit. sunt quoque qui pronunciant, esse distinguendum, num ejusmodi alienatio facta cum consensu eorum, qui alienantur, an non. Et in priori casu alienationem esse validam, posteriori vero fecus, Dn SCHACHER in disp. de hominibus Glebe adscriptis Lusatiae superioris, C. I. §. 8. Mevius vero, cujus opinionem quotidiana Praxis Mecklenb. corroborat in sapius alleg Tr. Q. 2. §. 96. ita respondet: Die Erfahrung aber bezeuget, daß hier ein anderer Gestalt gehandelt werde, und fast eine gemeine Gewohnheit sey, mit den Leibeigenen, als mit den Pferden, oder Rühen Handel zu treiben. Dum hic ad observantiam provocat, epierisin suam addit, hise: Zweiffle aber sehr,

Possunt a Domino alienari.





ob in löbl. Gerichten solche ohne Unterscheid würden aus Vorwand der Gewohnheit gut geheissen werden?

## §. VIII.

*Et ex pradio  
uno in aliud  
translocari.*

Sed de alienatione, qua dominium in alterum transfertur, infra C. 2. §. 3. specialius acturus, hic pedem figo, id solummodo incidenter adjiciens. Dominum pro lubitu posse hominem proprium ex uno fundo in alterum transferre, vulgo verlesen. Ventilata quidem hac de re magna controversia in cancellaria Sverinensi 1727. in causa des Herrn Capitains von Bülow, auf Clodram, contra dessen Unterthanen zu Garlitz. Sed cum totus processus id objectum litis praesupponeret, an hi rustici revera essent homines proprii, an non potius Jus emphyteuticum, vel censiticum pro fundamento haberent, enucleationem hujus ad reliquos §. 6. seqq. capitum relinquo. Id interim moribus hujus provinciae congruum, domino vi domini & potestatis omnino esse facultatem reliquam homines proprios ex uno fundo in alterum transferendi. Nam prouti gaudet dominus potestate illum profus ejiciendi fundo - *MEV. sapius dict. Tr. C. 3. n. 38.* sic quoque pari ratione eum ex uno in alterum transferre, ei integrum est. Dn. *MEV. in eodem Tr. C. 3. n.* ita expresse: Dieses ist aber der Herrschafft unbenommen, die Bauern von einem Hofe auf den andern zu verlesen. Dann hierinnen ist der Bauer der Herrschafft zu willen zu seyn, schuldig, und weil er Wohnung und Acker, davon er sich erhalten und dienste leisten kan, wiederum bekömmt, hat er sich frey zu machen keine Ursache. Et ex moribus Mecklenburgicis in specie *HUSANUS de Hom. propriis C. 7. N. 3. 5.* id annotavit, *MEV. P. 4. Dec. 25 N. 4. §. P. 5. Dec. 276. n. 4. B. HERTIUS de hominibus propriis T. 2. opusc. §. 8.*

## §. IX.

*Non vero  
ipfi invito  
Domino aut*

Interalia supra quoque annotavi, quod in Megapoli Toparchis absoluta competat facultas, homines proprios quod



quod die AbzÜßerung vocatur, & ex uno in alterum trans-  
 ferendi, verſehen, *MEV, ad J. L. Lib. 1. Tit. 3. Artic. 3. n. 36.*  
 & *Conſil. 66. n. 40.* quaritur igitur, an pari quoque Ju-  
 re homines proprii reciproce hoc Jus contra Dominos  
 ſibi vindicare poſſint, ita ut poteſtati eorum ſit relictum,  
 renunciare domino, ihren Leib und Guths Herren auffzu-  
 ſagen. Verum enim vero ejusmodi renunciatio aperte  
 militat contra Leges, obſervantiam ac quotidianam Praxin  
 hujus provinciæ, ſiquidem Sereniſſimus Legislator in ſu-  
 pra alleg. Mecklenb. Baur-Ordnung, Tit. 2. §. 1. expreſſis  
 verbis utitur: Daß ſie ihrer Verſohn ſelbſt nicht mächtig, noch  
 ſich ohne ihrer Herren Bewilligung ihnen NB. zu entziehen, ei-  
 nigermaßen beſugt, & in 3. §. ita diſponitur: Inmaſſen  
 wir dann auch ordnen, und wollen, daß keines Bauren Sohn,  
 oder Tochter, ſich eigenes Gefallens, ohne Erlaubniß ſeiner  
 Herrſchafft, und eydliche Verpſichtung oder an deſſen ſtatt  
 Beſtellung ginughaffter Caution, über geſetzt und vergönte Zeit  
 nicht ausbleiben, noch ſich irgendſwo ohne Erlaſſung, häufig  
 ſich niederzulaffen, oder auſſerhalb Landes in Dienſte zu bege-  
 ben, bemächtigt ſeyn ſollen. Conſentit revidirte Mecklen-  
 burgiſch Policey Ordnung de Anno 1572. ad Tit. 40. von  
 Dienſt-Bohten, 1c. Cui expreſſæ atque declaritivæ rati-  
 oni Legis accedit id, quod B. *MEV, in alleg. Tr. 63. n. 53.*  
 ex obſervantia annotavit: daß ſolche Renunciationes und  
 Loſtkündigung nicht zuläſſig, ſondern ſo lange die Herrſchafft  
 den Bauren nicht vertreibet, muß er, nolens volens, in Dienſt  
 und Pflicht bleiben. Unde *Dn. PRÆSES in Specim. 2. ff Ju-  
 ris Mecklenb. p. 15. §. 20.* haud fruſtra anotavit, quod noſtri  
 homines proprii non poſſint accurate appellari glebæ ad-  
 ſcriptitii, quia adſcripti ſunt toti prædio, ſie gehören zum  
 Guth und ſind nicht allein feſt und eigen, wegen einer gewiſ-  
 ſen Huſe. Addit porro, quod multi apud nos dentur ho-  
 mines proprii, qui ne glebæ quidem in ſenſu proprio  
 tenent, & tamen ſunt Leibeigene. Juvat hoc loco anne-  
 cere

*eo in ſcio, de-  
 micilium  
 mutare, vel  
 diſcedere.*





Ätere Edictum Ducis FRID. WILHELM, gl. memoriae, de d. 21. Aug. 1696., quod prohibet abalienationes varias. Ita illud est conceptum: V. G. G. Wir Friederich Wilhelm, Herzog zu Mecklenburg, Fürst zu Wenden, Schwerin und Raseburg, auch Graf zu Schwerin, der Lande Rosstock und Stargard Herr.

Fügen Euch allen Unseren, in jedem Amte verhandenen Unterthanen hiemit zu wissen, wie daß Wir mit gar ungnädigen Mißfallen vernehmen, was massen sich ein und ander von Euch diese Zeit gelüsten lassen, den vorhin desfalls ergangenen ernstlichen Verordnungen und Edicten zuwieder, einige Curer Kinder, wann Sie zu Jahren kommen, und Euch, auch sonst im Amte, bey andern Unsern Gehöfftten, nützliche Dienste bereits thun können, gahr ungescheuet von Euch weg an andern Öhrten und Städten zu Dienste, und Erlernung der Handwercke hinzuthun, und also Uns dieselbe der Erb-Unterthänigkeit zu entziehen,

Wann aber dergleichen angemassete Freyheit Euch keinesweges gebühret, Wir dieselbe auch niemanden geständig seyn, und also hiemit gänzlich abgeschaffet und verbohten, auch die desfalls vorhin bereits ergangenen Edicta renoviret haben wollen,

Demnach so befehlen Wir Euch, Unsern gesambten Unterthanen hiemit ganz ernstlich, und wollen, daß wann ein, oder der ander unter Euch, vorhanden, der erwachsene Kinder, und davon über seine Nothdurfft beym Gehöfft zu verlassert hätte, daß er derselben keines, es sey Sohn oder Tochter, vor sich weg außserhalb Amts, viel weniger außserhalb Landes, an andere Örther, Städte, und Dörffer vermieten, noch Handwercke zulernen, wegthun, besondern es vorhero unsern Beambten anmelden, und daselbst Vergünstigung erstlich suchen, auch die bereits vor publication dieses unsers Edicts ihre Kinder, der außer Unsern Amte hinweg gethan hätten, es also fort, wo dieselben seyn, bey unsern Amte anmelden, und daselbst verzeich-



zeichnen lassen, Solches alles auch Ihre sambt und sonders und zwar ein jeder bey Straffe 20. Gulden so oft er hiewieder handelt, auch nach Befindung bey harter und schwerer Leibes-Straffe, oder affigung derer entwichenen Nahmen, an die beyrn Ambte zu diesem Ende aufzurichtende Justice, nicht anders halten sollet, wie dann unsere Beamte hie mit gleichfalls angewiesen werden, fleißig dahin zu sehen, daß dieser Unserer Verordnung nachgelebet, und diejenigen so dagegen gehandelt oder noch handeln möchten, entdeckt, und angezeigt werden mögen. Das meinen wir ernstlich, Urfündlich haben Wir dieses unter Unserm Fürstl. Cammer Insiegel ausfertigen, und zu jedermans Wissenschaft, von allen Canseln öffentlich publiciren lassen, wornach sich ein jeder zu richten, und für Schaden und Ungelegenheit fürzusehen hat. Datum Schwerin den 21. Augusti Anno 1696.

Friedrich Wilhelm.

(L. S.)

§. X.

Quo denique notæ characteristicæ hominum pro-<sup>sine consensu</sup> priorum in Megapoli eo magis elucescant, accedit porro, <sup>Dominii ma-</sup> quod sine dominorum, quibus subsunt, consensu, <sup>trimonia ini-</sup> matrimonium inire prohibeantur. <sup>re prohiben-</sup> Contradicit quidem huic <sup>tur,</sup> asserto Pontifex in *C. dignum est X. de Conjugio servorum*; sed statim in inconcinnam sacramenti ad matrimonium applicationem delabitur. Constitutio nostra Mecklenburgica, sive Gefinde-Zage-Löhner- und Bauer-Ordnung Tit. 2. §. 1. & 2. longe aliam producit sententiam. Hujus enim §. 1. ita incipit: nach diesem und fürs andere ordnen und setzen Wir, nachdem die tägliche Erfahrung bezeuget, daß die Bauers-Lente und Unterthanen, Mannes- und Weibes-Persohnen, sich diese Zeit vielfältig unterpfangen, sich ohne ih-

C

reg





ren Herrn und Obrigkeit Vorwissen und Bewilligung zusammen zu gesellen, zu verloben und zu befreyen, solches aber 2c. & in §. 2. ejusmodi sine consensu dominorum celebrata sponsalia, & realiter contractum matrimonium expressis verbis seqq. interdicuntur, daß Wir demnach solches an gemassetes heimliches Verloben und Freyen der Bauers Leute gänglich hiemit wollen verboten und abgeschaffet haben. Inmassen Wir dann auch alle sothane Versprech- und Verlöbniß, so von dato unserer vorigen Anno 1646. publicirten Constitution, hinter der Herrn und Obrigkeit Vorwissen und Belieben solten geschehen und fingenommen werden, hiemit und Krafft dieses, nochmals cassiren, und für unkräftig, null und nichtig erklären und declariren, also und dergestalt, daß solches für nicht geschehen, geachtet und gehalten und ein jeder bey seinem Herrn nach wie vor zu verbleiben schuldig seyn, und darüber mit einer ernstlichen Straffe, wegen freventlicher Ueberschreitung und Hindansetzung dieser Unserer Ordnung, angesehen und beleyet werden sollen. Ita moribus receptum & potestati quæ Domino in homines proprios competit conveniens. *Mov. P. 5. Dec. 192. n.*

*Sub clausula irrita.*

§. XI.

Quis igitur est, cui non ex asse constet, in dicta Constit. non tantum sponsalia sed & Matrimonia hominum propriorum absque consensu dominorum celebrata, esse irrita & nulla, adeoque si Dominus illa non velit gratiose ratihabere, ea sint rescindenda. Dominorum enim interest, ne homines proprii promiscue concurrant, quia haut parum detrimenti tacita hac conjunctione illis accrescit; siquidem, prouti §. 4. & 5. in fin. annotavi, tam prædis, quam dominis sunt obligati. Pluribus ex professo *Per Illustris Cancellarius de WESTPHALEN in Specimine Positionum Jur. Rom. dissonantis a Jure Germ. Communi & Mecklenb. Posit. 4. & 5. & Dn. PRÆSES in Specim. 2 ff Juris Mecklenb. pag. 9. §. 23. videantur.* Sunt tamen qui dissentiunt, e. g. B.

*Tor-*



Tornov. in Tr. de Feudis, Meckl. P. 2. C. 5. sect. 1 §. 28 ET MEV. in supr. cit. Tr. C. 2. n. 161. seqq. & alii, quos allegant mecum consentientes; sed cum in decisione hujus quaestio- nis principis pontificiorum quodammodo inharere vi- deantur, & rationem in L. 1. in fin. ff. de Lib. exhib. praecipue fundent, quod nempe indignum foret, jure potestatis bene concordantia matrimonia dissolvere, praeterea eo argumen- ta dirigant, quo scandalum majus evitetur; Ego, quia lex specialiter loquens, specialiter quoque est intelligenda, in mea sententia persisto, quod consensus dominorum por- ro circa nuptias hominum, propriorum necessario adesse debeat. Serenissimus Legislator etiam Pastoribus sub poena remotionis ab officio §. 2. alleg. Constit. injungit, daß sie niemand von Bauers-Leuten, sie haben ihnen dann beyder- seits von ihren Herrn und Obrigkeit glaubhaften richtigen Schein, wegen ihrer ausdrücklichen Bewilligung oder Erlas- sung eingebracht und fürgezeiget, copul ren noch vertrauen ic. concordat die Erläuterung der Fürstl. Mecklenb. Kirchen- Ordnung de Anno 1708. sect. 3. §. 5.

§. XII.

Ponamus vero, hominem proprium inscio domino se junxisse cum femina ad homines proprios domini alius <sup>Quod tamen</sup> <sub>limitatur.</sub> spectante; quid tunc observandum? supra cit. constit. ex- presse ita decidit, daß die Frau und die von ihnen beyderseits gezeugte Kinder dem Manne folgen. Ita quoque apud MEV. P. 2. Deo. 232. n. 1. indicatum. Cum vero nemo sua jactare praesumatur L. 25. pr. ff. de condit. indeb. In- quum foret, quod dominus, cujus est femina rustica, hu- jus jacturam ferret; sed in eodem §. dicto Constit. & hu- jus facta est provisio, hifce: Jedoch, daß des Weibes Herr- schafft oder Eigenthums-Herrn billigmäßiger Abtrag, nach dem ihr Vermögen ist, geschehe. MEV. P. 2. Dec. 23. n. 2. cujus tamen aëtimatio, si partes inter se litigant, judicis ar- bitrio merito est relinquenda. ID. in alleg. Tr. Q. 2. n. 168.



§ 170. erravit igitur *HVSANVS* in *Tr. de hominibus propriis*, C. 5. n. 50. dum ex hisce rationibus, quia uxor pro marito non obligatur, ita & infelicitate ejus non oneranda, & quæ ibi sunt alia, concludit, quod femina non sequi debeat servitum mariti. Sed ad alia.

§. XIII.

*Indeterminatas operas præstare tenentur,*

Ad effectus proprietatis in Megapoli porro referendum, quod homines proprii operas, easque ut plurimum indeterminatas præstare debeant, nisi per pacta ad certum modum sint restricta. In LL. agrariis hujus provinciæ, earum modus quidem haud est indicatus, sed solummodo ex moribus, consuetudine ac observantia petendus. Si enim de quantitate ex legibus & antiquiore tempore non certo appareat, recurrendum tunc prorsus ad morem provinciæ, indeque determinatio petenda, *CARPZ. L. V. Tit. 6. R. 54. n. 18.* Dividuntur vero operæ vulgo *Dienste*, *Frohnen*, *Frohndienste*, de quo *WEHNER* in *Observ. Pract.* voce *Dingnostitil*, ratione quantitatis, in determinatas, *gefestete und gemessene Dienste*, & indeterminatas, *angemessene Dienste*; illæ, quæ ad certum modum, certam qualitatem, mensuram ac certum tempus &c. sunt adstrictæ; hæ vero, quæ nullo modo, nulla qualitate ac quantitate, nulloque tempore sunt circumscriptæ, sed beneplacito domini, eique tamen rationabili, sunt relictæ, toties præstandæ, quoties opus erit, locoque earum mutatio est admittenda, *STRUV.* in *S. I. Civ. Exerc. 3. de statu hom. in fin.* *KNIPSCH.* de nobilitate rogata & sagata. *STAMM.* *Tr. de servit. personal.* Homines proprii in Megapoli ad indeterminatas operas domino esse obligatas, consuetudo perhibet; Debet enim Dominis servitia, quæ exegerint, devoventur ad obsequium & operas, *MEV. Consil. 66. n. 42.* *TORNOV. de Feud. Mocklenb. P. 2. p. 186.* Qui specialem desiderat harum determinationem, & quid in Megapoli circa operarum indictionem juris sit, is conferat *TORNOV. cit. P. 2.*



P. 2. p. 186. Qui specialiorem desiderat harum determinationem, & quid in Megapoli circa operarum indictionem juris sit, is conferat *TORNOV. cit. P. 2. p. 289.* Id denique adjicio, quod in dubio semper pronunciandum, operas indeterminatas a rusticis in hac provincia esse præstandas. Ita quoque ex argumento *Decisionis Meviane 131. P. 4.* ab Amplissima Facult. Hallensi 1714. M. Martio iudicatum, recenset Ill. *BOEHMER in dissert. de jure & statu hominum propriorum a servis Germ. non Rom. derivando, sect. 3. §. 13. Dav. Georg. STRUBE de Jure Villicorum C. 5. §. 4.* Interim tamen præcipue in irrogandis operibus omnia ad pietatem & possibilitatem sunt revocanda, ne subditi cogantur, iudicem superiorem implorare, *TORNOV. cit. P. 1. p. 369.* Quomodo vero possibilitas sit dimetienda docet *MEV. P. 4. Dec. 133. n. 2. 3. & 4.* Accidit quoque interdum, quod homines proprii non semper sub dominis, quibus servitia & operas præstant, sed sub aliis domicilium habeant: Moveretur ergo quaestio, cujus revera subditi essent? Monendum hic esse statuo, quod domicilium & habitatio subditum faciat, *MYNSING. L. 1. Observ. 12. GAIL. de pign. Observ. 8.* Unde & paroemia Juris Germ. dicuntur *macht eigen, interdum applicari potest.* Nam licet operas serviles dominis aliis, quorum quoque sunt proprii, interdum præstare teneantur, tamen propterea eorum subditi non sunt, sed eorum esse censentur, sub quorum Jurisdictione domicilium habent, *WEHN. Observ. Pract. voce Leibeigenschaft.*

§. XIV.

Quo vero dominii, potestatis ac Jurisdictionis de *Præstatio* minorum in homines proprios aliqua essent signa, *hones certas* mines proprii præter supra citatas operas, quoque *solvere tenentur.* certas solvere tenentur præstationes annuas dominis & proprietariis solvere tenentur. Extra dubium in Megapoli profus est, domi-





num posse servitia, de quibus § antec. quæ indeterminata præstari debent, in præstationem pecuniariam convertere, si modo onus ejusmodi subditis haud nimis grave, prouti *TORNÖV. sæpius alleg. Tr. P. 2. p. 161.* & ut tolerabile sit, ne ita assiduus servitiis macerentur, ut sese suosque alendi tempus & materia deficiat, *MEV. ad J. L. Lib. I. Tit. 44. Artic. 2. §. 17.* Quæ verò in plerisque locis hujus provinciæ, ab hominibus propriis in signum Jurisdictionis ac proprietatis præstantur, sunt Gallinæ, vulgo *Hauch-Hüner*, quæ quia in altum se elevant, & ibi requiescunt, aut nidificant, etiam altitudinem Juris significare, & jurisdictionem in illos, qui præstant, denotare vulgo dicuntur. *HUSAN. sæpius alleg. Tr. C. 6. n. 64.* & *WEHN. Observ. Pract. voce Fastnacht-Hüner.* Idem in Megapoli observari, & ejusmodi præstationem validum quoque esse argumentum dominiæ ac jurisdictionis, docet *COTHMANN Vol. I. Resp. 40. n. 33. - 38.* *MEV. Tr. vom Zustande und Abforderung der Bauern, Qv. 2. n. 58.* porro in nonnullis pagis observari constat, quod rustici teneantur, annuas decimas de pecore subnascente quoque præstare. In Pomerania idem observari docet *DN. BALTHASAR in diff. de origine, statu ac conditione hominum propriorum in Pomerania C. 2. §. 10.* Quorsum quoque spectat, daß sie jähelich gewisse Heede spinnen müssen, & quæ sunt alta. Ex hisce adductis, observantia Mecklenburgica valide concluditur, quod exactio harum collectarum certum subjectionis & propriorum hominum argumentum sit, *MEV. Consil. 3. n. 56.* & quod domino fundata semper sit intentio relicta, ad exigenda, quæcunque rustici juxta Legem ac consuetudinem provinciæ debent, *Id. Consil. 66. n. 130.*

## §. XV.

Ostenditur  
brevissimis,  
quid circa

Restat adhuc ut brevissimis ostendam, quæ domino in homines proprios delinquentes Jura competant. Do-  
mi-



minus Nobilis in Megapoli, vi jurisdictionis patrimonialis, non vero vi potestatis dominicæ, prouti egregie Ill. BoHMER in supra Cit. disp. Sect. 3. §. 4. annotavit. Conf. Ill. HEINECCII diff. de Origine jurisd. patrimonialis, in delictis hominum priorum causæ cognitionem & iudicium habet. Unde profus hic singulare adest vestigium antiqui Juris dominici, in eo, quod illi, quibus iurisdictionis patrimonialis est concessa, subditos quoque suos coram suis iudiciis convenire, & de eorum factis cognoscere possint. In omnibus vero æquitati inhærendum esse injungit Ordin. Provinc. Mecklenb. P. 2. Tit. I. §. fin. Jure quidem Civ. interdictum, ne quis rei suæ iudex esset; L. 17. ff. de iudic. Consuetudine tamen contrarium est introductum, GALL. Observ. I. n. 18. HUSANUS in cit. Tr. C. 7. n. Resolut. ad Gravam. Ritterz und Landtschafft. p. 70. Class. 6. Grav. 9.

CAPUT. II.

De eo, quod præcipue Juris est in Megapoli, circa Hominum priorum acquisitionem.

§. I.

Varia quidem acquirendi dantur genera; sed injusta a justis probe separemur, & quæ jure propitio fiunt, exponamus. Meum hic non est, circa modum aliquid acquirendi in genere, occupatum esse; Id enim relinquimus illis, qui ad Lib. 41. tit. 1. ff. de acquir. verum domin. commentati sunt; sed, quo brevissimis me expediam, commentario capitis antecedentis injungit, pauca adhuc tractare, de modis acquirendi homines proprios in Megapoli præcipue usitatis. Acquiruntur igitur ille 1) per nativitatem.

Quibus Modis H. P. acquiruntur ostenditur.

Acquiruntur a) per nativitatem.





Nativitas vero præsupponit vel iustum matrimonium, patrem inter & matrem celebratum, vel illicitum matris extra matrimonium concubitum. De utroque casu LL. nostræ agrariæ sive Bawer. Ordnung, de anno 1654. Tit. 2. S. & 6. disponit. Pater enim, utpote cujus conditionem in Magapoli liberi ex legitimo matrimonio procreati sequuntur, MEV. Tr. vom Zustand und Absford. der Bawren, Q. 2. n. 21. & 24. si sub dominio ac jurisdictione domini, cui operas præstat, liberos procreet, eosdem facit ejusdem conditionis, in qua ipse est constitutus, MEV. dict. Tr. Q. 2. n. 19. & P. 4; Decis. 25. n. 2. hinc qui natus in villa rustica patre, qui rusticas operas exercuit, rusticæ, quoque conditionis esse, juxta mores provincie hujus, recte præsumendus, MEV. P. 5. Dec. 226. n. 9. si vero homo proprius viduam rusticæ conditionis sub aliena jurisdictione, in matrimonium duxisset, tunc liberi prioris matrimonii matrem cum vitrico non sequuntur, sed sub potestate ejus, sub quo legitimus eorum pater servitia præstitit, remanent, quia matris factio, conditio patris mutari nequit, consentit MEV. P. 2. Dec. 232. Omnis decisio petenda ex Tit. 2. S. 4. der Bawer. Ordnung: Auch da einer eine Wittfrau diese Zeit über, als so ohne Erlaß und Bewilligung gefreyet, und sich zu ihr außs Gehöfft begeben hätte, die Kinder erster Ehe zu Besetzung selbigen Gehöffttes, dem vorigen Eigenthums. Herren verbleiben, die Kinder anderer Ehe aber dem Vater sambt der Mutter folgen &c. de illegitimis, qui extra matrimonium nati, clara legis extant verba S. 6. diejenigen aber, so unehelich gezeuget und gebohren, verbleiben derjenigen Obrigkeit, worunter das Weib gehöret. Ubi adhuc notandum, quod liberi ejusmodi ad eum dominum spectent, cui tempore partus mater est subjecta, licet postea mater ab alio vindicetur, prouti MEV. *supr. cit. Fr. Q. 2. n. 24.* & TORNOV *de feud. Mehl. P. 2. p. 182.* observarunt. Hoc casu vero, si sty.



si stuprator feminam istam legitimam dehinc uxorem recipit, liberi quoque legitimantur, per *L. 5. C. de natural. liber. & secundum Constit. Mecklenb. cit. §. 6. cum matre sequuntur patris conditionem*: Es wäre dann, daß der Mann das Weib hätte geehliget, auf welchen Fall es mit ihnen, wie mit andern, und also, wie obgedacht, gehalten werden soll.

§. II.

Conventione etiam quis ita prædii se adstringere potest, ut pro utilitate prædii servitia præstare teneatur, nec spontaneè se liberare possit, *MEV. c. Tr. Q. 2. n. 46.* Pacta enim, prouti dant legem contractui, *L. i §. 6. ff. de posit.* sic a parte alterius minime stat, ab illis recedere. Jure quidem Civ. ejusmodi pacta ad perpetua servitia celebrata sunt odiosa per *L. 1. ff. de lib. hom. exhib.* Cum vero neque Legibus divinis, neque Juri Naturali, neque legibus humanis contrarietur, *Deut. 15. v. 12 vid. B. Köchler Exercit. I. N. Exercit. 7. §. 158.* consuetudo ejusmodi quoque merito rationabilis esse potest. *LEYSER Jur. Georg. L. 2. c. 7. §. 12. HVSAN. cit. loco C. 3. n. 5.* Germanis quoque in usu fuisse, docet *TACITVS in Tr. de moribus Germ.* & in Megapoli ejusmodi pacta observari, ex quotidiana ferme praxi colligitur, *TORNOV de Feud. Mechl. P. 2. p. 184.* Venit tamen probe observandum, quod ejusmodi pacta a parentibus, alias in libertate viventibus, facta, non præjudicent liberis jam natis, *ID. cit. loco.* In potestate enim parentum non est, liberos suis pactis vel actibus, in servitutum conjicere, & libertatis Jus quæsitum liberis absque eorum factis auferre. Ita pronunciatum apud *MEV. P. 6. Dec. 335. n. 3. de nascituris idem dicerem, sed de nascendis nullum exoritur dubium, quia illi tunc sequuntur parentum conditionem, ID. cit. loc. n. 3. in notis: si vero de ejusmodi additione ad perpetuas operas nihil certi ex documentis, vel per*

*acquirantur per conventiones.*

D

testes,





testes, vel per aliam probationem ordinariam constat, tunc profus recurrendum ad mores provinciae, COTHMANN *Vol. I. Resp. 40 n. 17. MEV. cit. Tr. Q. 2. n. 51. MINSING. Cent. 5. Observ. 8 n. 13. P. 2. C. 51. 52.* & ex observantia atque praesumptionibus decidendum; siquidem juxta mores provinciae Mecklenb. notoriè liquet, quod quoad homines proprios, regulariter consveta obtineant, donec contrarium probetur, MEV. *Consil. 66. n. 102.* in superfluum autem recurrendum quoque ad loca vicina, a quorum observantia rectè praesumptio & argumentum defumendum, WESEMB. *Consil. 95 n. 23. SCHVRRFF Consil. 66. Cent. 1. n. 10. MEV. ad I. L. Qu. pral. 10. n. 4. § 5.*

## §. III.

c) acquiruntur emptione praedii.

Homines proprios in dominio ac protestate domini esse, jam supra §. 3. C. 1. annotavi. Quod igitur domino competat facultas eos alienandi ex §. 4. ejusdem Capituli constat. Nihil ergò reliqui daretur, quam ut paucissimis ostenderem, quibus modis ejusmodi alienatio fieri possit; sed cum in Megapoli, circa cujus jura ac observantiam hæc totus discursus præcipuè est occupatus, nil quiddam singulare, quod non & alibi juris sit, observandum, brevitati hîc studeo.

Ad præcipuam alienationis speciem, inter alias, quoque refertur venditio. Homines proprios autem venditioni esse subiectos, supra cit. §. §. perhibent, TORNOV. *de Feud. Mecklenb. P. 2. p. 97.* In Megapoli quotidiè ferme observatur, quod homines proprii per venditionem fundi, ad cujus partem per supra adducta sunt referendi, à priore domino in alium transferantur. Tradita enim & apprehensa possessione alicujus castri, vel villæ, omnes ejus pertinentiæ ritè censentur traditæ & apprehensæ, GAIL *L. 2. observ. 129. n. 7.* Quorsum subditi, quia pro parte fundi habentur, omninò sequi tenentur, MEV. *P. 2. Dec. 277. § P. 3. Dec. 8. n. 2. ID. alleg. Fr. Q. 2. n. 88.*

Unie



Unde & in contractibus ejusmodi sapius insertum legitur: mit allen Bauren und Unterthanen, befest und unbedest, so jeso vorhanden, oder noch fünffig aufgefraget werden können &c. nec differt, an adjectum venditioni fuerit expresse, cum pertinentiis ejusmodi, nec ne, quia per se constat, quod qui ad agriculturam spectant, & pars fundi sunt, simul venditi censeantur, LEYSER *Jur. Georg. L. 2. c. 7. §. 13.* Quæ circa emptionem venditionem hic consideranda veniunt, ad consimiles casus, quando fundus titulo permutationis, donationis, vel per modum ultimæ voluntatis, vel cessionis, ad alium pervenerit, MEV. p. 8. *Dec. 224 n. 1. 2.* vel etiam si fundus in antichresin datus, vel hypothecæ nexui subjectus, pari jure applicanda sunt, LEYSER *Jur. Georg. cit. loco Dn. SCHACHER in Diss. de hominibus glebæ adscriptis Lusatie superioris, c. 1. §. 8. STAMM de servit. L. 1. p. 2. n. 102.*

§. IV.

Præscriptione acquiri jus servitutis, & libertatem ad mitti, LL. Rom. jam indicant, *L. 10. C. de Agric. §. Censit.* Hodie id quoque in viridi esse observantia, & praxi Germaniæ congruum, abundè constat. In Megapoli de eo nil singulare dispositum legitur, ergò & hic ad circumstantias respiciendum. Prouti vero in omni præscriptione regulariter justus titulus ac bona fides requiruntur, *Glossa. ad c. 17. X. de Præscript. COCCEIVS de fin. bon. fid. in præscript.* ita etiam, & hic possessor justum titulum possessionis suæ habeat, necesse est, qui non minus ac bona fides ad hanc præscriptionem est necessarius, MEV. P. 8. *Dec. 223. n. 1.* Hæc omnia vero præsupponunt, ut quis hominem proprium possederit, eamque possessionem continuaverit. Continuatio quippe possessionis causa præscriptionis dicitur in *L. 3. ff. de Usucap.* Quantum vero temporis spatium requiratur, quò homines proprii præscribi possint, inter DD. nondum convenit, MEV. Tr.

dy acquiruntur per Præscriptionem.





vom Zustand und Abforderung der Bauern *Q. 2. n. 109.* Quidam hoc tempus ad 10. annos computant, ut *MEV. Part. 8. Dec. 223. n. 1. HVSANVS de hom. propr. C. 3. n. 10.* idque longi temporis præscriptionem appellant. Qui per decennium in uno loco commoratus est, intelligitur ibi domicilium habere, *HVSANVS cit. loco n. 15.* Præterea si accedit, quod is, qui per istud tempus in villa rustica habitaverit, etiam operas rusticas præstitit, *MEV. supr. cit. Fr. Q. 2. n. 121.* ut reliqua addere omittam. De quibus *B. COEHMANN Vol. 1. Resp. 40. n. 61. 62. 63. & 90.* In omnibus tamen & rusticus quoque merito est audiendus, si aliunde probaverit, se non servitutis causâ, sed e. g. pro certa mercede, vel ex errore, vel simili, operas præstitisse, atque in villa habitasse; *vid. pie sentiens MEV. cit. Fr. Q. 2. n. III. 112 113. & 114.* ex actibus enim a mera voluntate ac libertate proficiscentibus non acquiritur possessio, *L. 14. ff. de acquir. vel amitt. possess.*

### CAPUT. III.

*De eo, quod præcipue Juris est in Megapoli, circa Hominum propriorum Bona.*

#### §. I.

*Bona eorum  
vel pertinent  
ad dominum  
vel sunt pro-  
pria illis.*

**S**ervitutem Rom. in Germania maximè sublatam, & magnam hodiè esse differentiam inter servos Rom. & inter hodiernos homines proprios, præprimis Provinciæ Mecklenb. ex eo præ cæteris dijudicari potest, quod homines proprii in Megapoli non solum Domino possideant, sed & propria bona acquirant. Adest hîc certe haud exigua differentia, Rom. enim servi nihil proprii possidebant,



debant. Infra demonstrabitur, quod homines proprii præter bona domini, etiam propria possideant. Unde in Megapoli, bona quibus homines proprii gaudent, vel ad dominum, vel ad eorum propria spectant. De quibus singulis nunc in specie.

§. II.

Bona, quæ ad Dominum pertinent, & intuitu quo-  
rum præcipua apparet differentia, inter ea, quæ homines <sup>Quæ ad Do-</sup>  
proprii sibi, & quæ Dominis possident, nomine collecti-  
vò atque generali fundi, einer Bau-Stätte, veniant; Sunt <sup>minum per-</sup>  
quidem multæ aliæ accessiones & pertinentiæ, quæ prin-  
cipali sive fundo sunt connexæ, ut e. g. quæcunque fer-  
mè res fundi immobiles, particulares, horti, prata & simi-  
lia, quæ fundo seu prædio principali a domino illius ita  
quondam adjunctæ & destinatæ sunt, ut tanquam pars  
rei universæ & fundi principalis conferrentur. Quæ  
accessoriæ cum re principali, universali denominatione  
fundii cives Bauer-Guths comprehenduntur. Quid cir-  
ca prædium ejusque accessiones in specie, juxta LL. hu-  
jus provincie, jus faciat, de eo nunc singulariter agam.

Quo igitur Domini facultates non detrimentum, sed  
augmentum capiant, & quo agri, prouti necesse, apte  
excolantur, dantur & in Megapoli hominibus propriis in-  
strumenta sive præsidia, Hoff-Wehr, Besatzung. Conve-  
nit *Ordin. Provin. Mecklenb. P. 2. Tit. 38. §.* Und diereil  
auch fast überall in unserm Fürstenthümen und Landen ge-  
brauchlich, daß den Bauern Hoffwehre gegeben, oder gelass  
sen wird &c. intelliguntur quidem alias sub voce Hoffwehre  
in genere, instrumenta prædii, sive apparatus rerum di-  
utius mansurarum, sine quibus exerceri nequiret pos-  
sessio, vel quæ ad usum ipsius prædii spectant, LEYSER  
*Jur. Georg. L. I. C. 45. n. 3.* Quid vero in Megapoli in  
specie significet, docet TORNOV. *Fr. de Feud. Mecklenb.*

D 3

P. I.





P. I. p. 625. Quænam porro jura circa præsidium in Megapoli occurrant, seq. §. includam.

§. III.

De Præsidio  
nihil dispo-  
nere possunt.

Præsidium indistincte ad dominum prædii pertinere in supra cit. ordin. Prov. Mecklenb. expresse dispositum legitur P. 2. Tit. 38. §. 2. so soll die Hofwehre, weil sie nicht den Bauern, sondern der Herrschafft gehöret etc. Concordat Ordin. Polit. Mecklenb. de anno 1572. Tit. 19. §. 3. in fine: dann sonst zu den Hufen und Hofwehrungen, so der Obrigkeit zuständig etc. inde quam facillima conclusiones seqq. petendæ, quod nihil de eo disponere hominibus propriis liceat, Mey. Tr. vom Zustande der Bauern. Q. I. n. 35. ergo præsidium, quovis sit modo, alienare, profus prohibentur. Instrumenta enim rustica ad agriculturam spectantia, semper fundi dominique ejus censentur, MEV. ad J. L. Lib. 1. Tit. 4. artic. 2. n. 29. Unde & pleurumque sub iis comprehenduntur pecora perpetua. Eisen Vieh, quasi quæ nunquam moriantur. propter substitutionem in demortuorum locum, WEHNER Observ. Pract. voce Eisen Vieh. In genere omnes contractus, qui in præjudicium prædii & rerum eo pertinentium, zum Hof und Hofgewehr, uspiam celebrari vellent, per expressa, sub pœna irriti, in Megapoli interdicuntur. Minime igitur hominibus propriis competit facultas circa prædium cum præsidii, quod iis a domino concessum, quidquam sine eorum consensu disponere. Prohibiti exstant multi ejusmodi asserta concernentes casus. In Ordin. Polit. Mecklenb. de anno 1562. Tit. 16. von Gewerb und Handthierung der Bauern etc. ita sancitum legitur: Alldieweil auch etliche Bauers-Leuthe mit den Bürgern in Städten, zu halben zu säen, und das Vieh um die Hestffe zusammen zu setzen pflegen, daraus ihnen gemeiniglich Schade und Verdruss erfolget, so ordnen und wollen wir, daß hinfürder keiner aus den Städten, mit den Bauern, auch kein Bauer mit den andern,



dem, ohne Vorwissen und Bewilligung eines jeden Obrigkeit, zu halben säen, und daß Vieh um die Helffte zusammen sehen sollen etc. Ratio hujus legis in eo vel maxime tele fundare videtur, dum §. 3. subsequente Legislator mentionem injicit: damit auf dem Lande die Dienste nicht geschwächt, und die Pächte ungewiß gemacht werden. Quicquid in uno, quod domino fundi afferat præjudicium, locum invenit, de altero quoque pari Jure erit asserendum, Probe igitur incumbit ei, qui cum homine proprio contracturus, ut præprimis ad memoriam revocet, conditionem illius, cum quo contrahit, juxta monitum *L. 19. pr ff de R. J.* Quod vero attinet conditionem hominis, præcipue contrahentis, aliquantulum eam dignosci liceat ex *Ordin. Polit.* supra cit. Tit. 17. von Verschreibung der Häuser und anderer Güter. §. So haben wir geordnet und gesetzet, daß hinfürder kein Einwohner in Städten und Dörffern, ohne Wissen und Willen seiner Herrschafft, einiges Geld auf seine Güter nehmen solle etc. Ex quo rectius resultat cautela: Wo aber irgend ein Bürger oder Bauer, dermassen Geld zu leihen benöthiget würde, so sollen sie sich mit demjenigen, der es ihnen leihen will, für die Obrigkeit verfügen, und derselben Vollwort und Willen darzu bitten. Observandum hic certe illud: disce cautius mercari; siquidem ejusmodi insciis dominis factæ alienationes finaliter nullæ declarantur. Unde profus cavendum, ne cum hominibus propriis de rebus ad prædium pertinentibus contrahatur, *B STRYK Tr. de cautelis contract. sect. 1. Cap. 2. §. 27.* semper igitur inquirendum, quantum illis in re aliqua competat, quantaque in unoquoque loco sit relicta libertas, ne postea effectus, qualem leges minantur, adversus ejusmodi contrahentes applicetur. *Supra alleg. Ordin. Polit. Tit. 19.* Von Gerichten etc. §. 3. providet: Wir wollen aber, auch hierbey alle und jede Einwohner Unserer Städte, und die auf dem Lande verwarnet haben, daß sie den Bauern auf den Dörffern



Dörffern, und sie die Bauern selbst, einer den andern nicht weiter leihe, borge oder vorstrecke, dann so hoch sich eines jeden Haab und eigen, dessen zu vergeben und zu verschencken, er zu recht mächtig, erstrecken und zulangen thuet. Dann sonsten zu den Hufen und Hofwehungen, so der Obrigkeit zuständig, kan, oder soll niemand verholffen werden. Darnach sich männiglich für Schaden zu hüten wisse. Hincsi fortean debitori rustico injungeretur solutio, & iste contumax ac morosus esset, tandem decernenda executio, ad præsidia minime extenditur, *Ordin. Provinc. Mecklenb. P. 2. Tit. 38. §. 2.* so soll die Hofweh, weil sie nicht den Bauern, sondern der Herrschafft gehöret, in die Execution nicht mitgebracht werden, NB wann gleich der gewinnende Theil auf andere Wege von den Bauern nicht könnte seine Zahlung erlangen. *Ista enim intelliguntur tantum rusticis concedita, qua proprietatem vero manent veluti pars fundi, cuius proprietatem est penes dominum, MEV. Tr. de Arrestis Cap. 19. n. 6. quin. si rustici ad æs alienum solvendum, bonis cedunt, domini tamen tanquam sua præcipuunt, & eorum ratione omnibus creditoribus præferuntur, ID. cit. loco.* Quænam Jura circa arrestum in ejusmodi rebus impetratum, valeant, recenset *TORNOV de Feud. Mecklenb. P. I. pag. 626. & P. II. p. 230. MEV. P. 7. Dec. 328.*

## §. IV.

*Prædium  
quod possi-  
dent ad Do-  
minum spe-  
tat.*

Homines proprios in Megapoli juxta mores provincie, omne, quod prædii sive fundi tenent, non proprietatis ac dominii, sed servitutis jure & conditione possidere, præxi respondet, *MEV. Consil. 66. n. 42.* hinc ex colendi occasione titulum possessionis fingere nequeunt, *COTHMANN. Vol. 2. Resp. 97. n. 6.* rectiusque non quod possideant, sed quod possideantur, præsumitur, *MEV. Consil. 66. n. 117.* congruum enim est provincie Mecklenb. moribus, quod omnes & singuli homines proprii principum, Nobilium, Civitatum &c, prædia quæ detinent, non sibi, sed do-  
minis



minis possideant, eaque tantum precario, atque nudi ac simplices coloni teneant, COTHMANN *Vol. 1. Conf. 40. n. 56.* hinc nec interdicto unde vi experiri possunt, nec restituntur, MEV. *P. 7. Dec. 159. n. 9. 10.* Facillime igitur ex *Ergo Domini- his demonstrare licebit, quod domino sine contradic- tionibus eos ejice- nē hominum propriorum, libera competat facultas, eos re potest.* ex fundo ejiciendi. Ad dominum enim spectat proprie- tas; siquidem certum est, villas a rusticis non aliter tene- ri, quam alii id genus homines prædia detinent, COTH- MANN *Vol. 1. Resp. 40. n. 90. MEV. supr. alleg. Tr. Q. 3. n. 37.* sumitur quoque in Megapoli ejusmodi ejectio ex fundo, die *Abäußerung*, utpote quæ Toparchis absolute competit, vid. *Illustris Dn. de WESTPHALEN specim. posit. Juris Rom. disson. a Jure Germ. 5. Mecklenb. Post. 4. §. 5. not. 5. in fin.* pro indubitato signo dominicæ potestatis, HVSAN. *de hom. propr. C. 7. n. 75. MEV. P. 2. Dec. 134. n. 2.* Et omnia quæ domini rusticis suis reliquere, nihilomi- nus jure dominii apud dominos remanent, HVSAN. *cit. C. 2. n. 31.* Unde haud incogniti juris est in Mega- poli, quod circa fundos, quos in pago habent, nihil am- plius poscere queant, quam ut ex iis victum, præstan- dis, quæ præstant; congruum, habeant, MEV. *Consil. 66. n. 152.* Ultra illud enim domini nihil ipsis debent. *Nec præscri- Hinc licet per 20. 30. vel plures annos, agros possede- ptionem al- rint, minime tamen præscriptionem adversus dominum legare pos- allegare possunt, TORNOV de Feud. Mecklenb. P. 2. p. 198. sunt.* nec exceptionem perpetuæ coloniarum, MEV. *supr. cit. Tr. Q. 3. n. 39. HVSAN. supr. quoque cit. C. 2. n. 31. MEV. ad I. L. Lib. 1. Tit. 2. artic. 3. n. 36. Dn. BöhM: supr. cit. diss. sect. 3. §. 20. Dn. PRÆSES in specim. 2. ff. Juris Mecklenb. p. 14. S. 19.* licet quoque canonem, eumque uniformem, per tot an- norum spatium domino, cui subsunt, præstiterint. Ob- jicerent quidam, quod homines proprii exuniformi solu- tione canonis, & possessione prædiorum per tempus lon- gissi-

E

gissi-





giffimum, in prædio, quod possident, aliquale Jus emphyteuticum, vel censiticum, vel etiam perpetuæ coloniæ acquisiverint, *COLER. de Proc. Exec. P. I. Cap. 9. n. 67.* præterea, cum iniquum ferme & valde durum esset, ut quis villam, sive quicquid sit in prædio restituat, quam cum patre suo supra 50. annos possederit, *COTHMANN Vol. I. Resp. 40. n. 64.* & canonem iusto tempore solverit, *MEV. Consil. 66 n. 1. 2. 3. & 8.* Sed audiantur & LL. Patriæ, nempe *Assurations-Revers: de Anno 1572. & 1621. §. 16.* ita habentes expresse: Zum 16ten ordnen und wollen Wir, daß die Bauers-Leuthe, die ihnen um gewisse Zinse oder Pacht, eingethane Hüfen, Acker und Wiesen, daferne sie kein Erb- Zins-Verrechtigkeit, Jus emphyteuticum, oder dergleichen gebührlich bezubringen, den Eigenthums-Herrn auf vorgehende Losfündigung, nulla vel immemorialis temporis detentione obstante, unweigerlich abzutreten und einzuräumen schuldig seyn sollen.

Quandocunque ergo Dominus voluerit, homini proprio renunciare, aufzufündigen, atque eum ejicere, und abzulassen ex fundo, quem hactenus possedit, is sponte res possessas domino tradere tenetur, *HVSAN. supr. alleg. Tr. Cap. 2. n. 31. 32.* Dominus enim ceu jure suo utens, illi non facit injuriam; *MEV. Consil. 66. n. 156.* Et licet homines proprii in prædio, quod detinent, propriis sumptibus quidquam ædificaverint, certamque annuam pensionem domino per multos annos præstiterint, ejusmodi per modum canonis præstitæ pensiones, ejectionem minime impediunt: *MEV. P. 9. Dec. 74. FRANTZKIUS de Laudem, Cap. 15. n. 5.* In dubio enim semper præsumitur potius locatio, quam colonia perpetua; præcipue si consideremus, quod rustici in hac provincia plerumq; non possideant, sed possideantur, *MEV. Consil. 66. n. 117.* & quod simplices ac nudi coloni prædia tantum precario teneant, *COTHM. Vol. I. Resp. 40. n. 56.* Sic pro-

aun.



nunciarent Dni Jcti Klonienses ad Instantiam Capitain Gustav Adolff von Sprengel contra dessen Unterthanen zu Niendorff d. 14. Sept. 1720. Sic quoque Amplissima JCrorum Hallensium Facultas in eadem causa pronunciauit. Antequam vero Dominus homines proprios dimittit, illud quod propriis sumptibus comparauerunt, illis restituere tenetur. Sic de Jure respondere *Illustri Academia Patria Antecessor Dn. Consil. CARMON & Consultiss. Dom. Doct. SCHWABE*, ad instantiam des Ober-Forst-Meisters Cuno Henning von Crivitz zu Lütgen-Brüh, contra den Grob-Schmid Franz Brühn, als dessen Unterthanen, d. 6. Dec. 1727. Ita porro definitive pronunciatum in Cancellaria Sverinensi in causa Capitain von Sprengel contra dessen Unterthanen zu Niendorff, sequenti tenore: „In Sachen des Hauptmanns Gustav Adolff von Sprengel Imploranten an einen, wider dessen Unterthanen zu Niendorff, Imploranten am andern Theil, erkennen von Gottes Gnaden den Wir Carl Leopold, Herzog zu Mecklenburg, re. auf vorgehabten Rath der Rechts-Gelehrten, vor Recht, daß Implorant einen, oder den andern seiner obgedachten Unterthanen, nach Wardierung und Abtrag dessen, was sie erweißlich zu fordern haben mögten, abzulassen wohl befugt; die Unkosten aber, so bey dieser Implorations-Klage aufgegangen, werden aus bewegenden Ursachen, gegen einander aufgehoben. B. N. W. publicat. Schwerin d. 24. Sept. 1722. Sed hæc omnia per assistentiam LL. provincialium atque quotidianæ observantiæ, recte procedunt; ubi vero lex distinguit, & nostrum est distinguere. In supra cit. Assurance-Revers: de Anno 1621. §. 16. excipitur: daferne sie keine Erb-Zins-Gerechtigkeit, Jus emphyteuticum, oder dergleichen gebühlich bezubringen re. Prouti vero bona in Megapoli minime censitica atque emphytetica præsumantur, ergo quoque illi, qui talia prætendit, tanquam in jure singulare se fundanti, incumbit probatio

E 2

batio





batio tituli specialis, & istius qualitatis, in qua se fundare vult, *GAIL. L. 1. observ. 3. n. 5. STRYK de act. invest. sect. 2. membr. 4. §. 6.* qui enim lege universali nititur, præsumtionem juris pro se habet, ac onus probandi in adversarium transfert. Contractus emphyteutici natura Germanis olim, eo modo, quo Justinianus eam constituerat, incognita ac post receptionem Juris Rom. introducta, *SCHILTER Exercit. ad ff. 16. §. 83. sqq. THOMAS. in disput. de Hom. propriis.* Et prædia rustica adhuc hodie in Megapoli rarissime sunt emphyteutica, *MEV alleg. Tr. Q. 3. n. 38.* Ubi vero emphyteuticum vel censiticum jus allégatur, ibi quoque certa criteria adesse, necesse est, quæ omnia ut recenseam, temporis angustia prohibet. Id denique certum est, & in Megapoli dari, *Erb-Krüge, Erb-Schmiedent, Erb-Mühlen,* quæ tanquam bona emphyteutica possidentur. Quid circa ejusmodi Bona juris sit in Megapoli, docet *TORNOV. Tr. de Feud. Mecklenb. P. 1. p. 284. & P. 2. pag. 185.* Ut plura addere superfedeam.

## §. V.

*Quid circa propria hominum priorum bona juris.*

Restat adhuc, ut quam brevissimis ostendam, quid hominibus propriis circa bona propria competat. Procul dubio est, eos & hic distingui a servis Rom. Propria enim homines proprii in Megapoli possident bona *MEV sapius cit. Tr. Q. 1. n. 35.* Contractus quosvis circa bona propria celebrare possunt, quatenus ii in præjudicium domini atque dispendium agriculturæ, & rerum eo pertinentium non vergunt, *TORNOV. de Feud. Meckl. P. 2. p. 192.* & quicquid acquirunt, si modo nihil decedat servitiis, domino debitis, sibi acquirunt, *STRYCK. Us. mod. ff. L. 1. Tit. 5. §. 7. MEV. cit. Tr. Q. 1. n. 34. B. STEIN, Jctus olim Rostochiensis, de dissonantia Jur. civ. & mod. §. 15.* pro Domino fidejudent, *HERING. de Fidejuss. C. 7. n. 317.* In genere homines proprii quoslibet actus celebrare possunt, præterquam eos, a quibus specialiter de statuto aut consuetudine loci probantur



tur exclusi, *STAMM. de servit Person. L. 2. C. 17. n. 2.* Quare & *B. Dn. Avus, Dav. Jonath. Scharff Consil. Regiminis Mecklenburgicus, in Consult. Juris Consult. 82. n. 58. pag. 430.* ita respondit, quod rustici a contractibus in Megapoli non excludantur, sed omnes celebrare possint, nisi in præjudicium præfidii, *der Hoffwehr*, quid faciant. Denique gaudent quoque facultate testandi, *Illustris quondam Cancellarius ac consil. Intimus Johan. de KLEIN, JCIus magnus, in Medit. Academ. Theoretico-Præct. Exercit. 2. pap. 42. §. 6. MEV. supr. cit. Tr. Q. 1. n. 14. ZASIVS sing. Resp. L. 1. C. 3. n. 67. STRIKII Us mod. ff. L. 1. Tit. 5. §. 8. TORN. de Fued. Mecklenb. P. 2. pag. 192.* Utut *Illustris Dn. de WESTPHALEN in specim. Post. J. Rom. disson. a Germ. & Mecklenb. pag. 25. cum Lauterb. ibi alleg. in aliam abire videatur sententiam.* Sed ego maneo in affirmativa, donec ex casibus in contradictorio ventilatis & tandem decisus de negativa convincar. Idem mecum sentiens legatur *Dn. PRÆSES in specim. 2. ff. Juris Mecklenb. p. 12.*

## CAPUT. IV.

*De eo, quod præcipue Juris est in Megapoli circa Hominum propriorum persequutionem ac vindicationem.*

### §. I.

**A**bsoluto jam, sub divinis auspiciis, labore, quem antecedentibus Illi, Capitibus dicaveram, mihi adhuc relinquitur, ut in hoc capite demonstrem, quid circa Persecutionem ac Vindicationem hominum propriorum in Me-

E 3

gapo-



gapoli præcipue observandum. Sed cum temporis angustia haud patiatur, ut in amplissimum campum ulterius excurram, quam brevissimis me expediam. Præcipue cum suora sæpius laudatus B. MEVIVS in Tr. vom Zustande, Abforderung, und vervideter Abfolge der Bauers Leute, Cap. 4. fusius atque sat luculenter omnia ita exposuerit, ut ad jura nostræ patriæ felici quoque successu applicari queant. Varia huc quoque conferri merentur DD. scripta, qui in hac decidenda materia strenue deservarunt. Ut præprimis hic allegem *POTGIESSERI integrum Tr. Job. Ernst van der Linden disp. de Vindicatione hominum propriorum, Celeb. Dn. BALTHASARIS Jcti Gryphyci disp. de origine statu ac conditione hominum propriorum in Pomerania, cujus Cap. 2. S. 4. sqq. in specie Vindicationis hominum propriorum jura sibi vindicat. De cæteris ut taceam. Prouti igitur hi supra citati mihi jamjam otium plane fecerunt, sqq. modo pertracturus ero, quid de Vindicatione hominum propriorum in LL. provincialibus Mecklenb. passim sancitum.*

*Quid juris sit contra fugientes brevissimis ostenditur.*

§. II.  
Supra jam in §. 3. §. 5. Cap. I. observavi, quod nescius, qui inter dominum & homines proprios validum jus facit, ita illos, scilicet homines proprios obstringat, ut sine dominorum, quibus obligati sunt, consensu minime fundo excedere possint. Quare in LL. agrariis Mecklenb. Tit. 2. von Bauers Leuten und deren Dienstbarkeit und Ausfolgung §. 1. in fine, inter alia dispositum legitur: daß sie ohne ihrer Herrn Bewilligung, sich ihnen zu entziehen, nicht befugt. Dominis enim plerumque in hac provincia, obstricti sunt, vi juramenti præstiti, aut loco ejus porrectæ dextræ. De quo sub fine §. 6. Cap. I. jam supra pluribus. Quando igitur clam atque haud impetrata venia se dissolvunt ab ejusmodi nexu, seque dominis invitis subtrahunt, furtum sui ipsius committunt, *MEV. P. I. Disc. 90. num. 10*

*P. 21*



P. 2. Dec. 101. n. 5. Unde Serenissimus Legislator in alleg. ordin. Tit. 2. §. 10. expresse prohibuit: Alldieweil wir aber vernehmen, daß das muthwillige heimliche Entlauffen der Untertanen von Tag zu Tag, mehr und mehr zunehmen solle, und wir dann solchem gottlosen böshafften Wesen länger nicht zusehen, sondern mit andern benachbahrten Potentaten, Chur- und Fürsten uns vergleichen, und auf Mittel und Wege bedacht seyn wollen, wie solche meynidige böse Buben aus fremden Landen wieder herbey gebracht werden sollen, so wollen wir einem jedwedem hiemit Landes-Fürstl. erinnert, und ganz ernstlich anbefohlen haben, sich solches ungebührlichen Entlauffens gänzlich zu äussern und zu enthalten, oder da sie hernacher wieder ertappet werden sollten, gewärtig zu seyn, daß sie mit Staupe-Schlägen, und andern harten schwebren, ja nach Befindunge, Leib- und Lebens-Estraffen, so viel die Rechte erlauben, belegt werden sollen. Quare contra futivos, pronti receptum, literis incarcerationis patentibus, vulgo mit Steck-Briefen procedendum, TORNOV de Feud. Mecklenb. P. 2. p. 203. Juri enim atque protestati domini, cui se subduxerunt, quo ita procedatur, absque contradictione competit, & æquitas ac utilitas, eos sine mora ad glebam reduci, illud svadet, MEV. P. 2. Dec. 274. n. 3. Receptatores quoque secundum Constit. Imperii in crimen fractæ pacis incidunt, Ordin. Camer. L. 2. tit. 14. modo scienter eos recipiant, propterque damna ac pericula graviora, majorem quoque postea penam solvere tenentur, MEV. cit. Tr. Q. 4. num. 34. ID. ad J. L. Lib. 1. tit. 3. artic. 3. n. 8. indicatur id claris verbis in supra alleg. Mecklenb. Bauer-Ordnung cit. loco §. 10. in fine: Wie auch gegen die Hehler und Verbüßher, nach Inhalt der gemeinen beschriebenen Rechte, verfahren werden soll. Wornach ein jeder hat sich zu richten, und für Unglück zu hüten und vorzusehen. Quamdiu fuga se subducens adhuc in actu fugæ est, cuivis domino, cui se iste subduxit, eum persequi & captum





captum carceri tradere licet, MEV. Tr. cit. Q. 4. n. 2. 3. & 8. modo ad sit periculum in mora, ac Judicis copia haud detur. Quomodo vero contra eos, si jam sub aliena Jurisdictione degunt, procedendum, seqq. §. brevissimis examina- bo.

## §. III.

*Quomodo  
contra eos  
proceden-  
dum, si sub  
aliena Ju-  
risdictione  
degent.*

Prohibuit quidem Serenissimus Legislator in sæpius alleg. Mecklenb. Baver. Ordnung Tit. 2. §. 3. ne quis hominum propriorum absque consensu domini, ac præstito antea juramento, aut loco ejus sufficiente cautione, extra territorium domini sedem figat. Sed cum juxta Pacian. Consil. 20. n. 103. arrogantia rusticorum nihil est impudentius, ut ad aufugiendum quam facillime proni videantur; considerabo quoque quomodo contra eos procedendum, si sub aliena jurisdictione sedem fixerint. Optime hic locum invenit rei vindicatio, & quidem si aliter offenditur cathedra, utilis, & pro re nata, publiciana. Competit hæc actio domino cuicumque, qui dominium & jus suum in hominem proprium, vel etiam legitimam possessionem probare potest, atque conceditur contra quemcumque ejus possessorem, LEYSER Jur. Georg. L. 2. Cap. 7. n. 21. Quod hæc actio heic loci recte instituatur, jam supra §. 3. C. 1. annotavi. Cum vero in rei vindicatione præcipue requiratur, ut, qui hac contendit actione, ante omnia dominium probet, arg. L. 23. de rei vindic. & illi, qui hominem proprium vindicat, probe incumbit, ut demonstrat, se verum esse dominum. In Tit. 2. §. 7. supra cit. Constat. Mecklenb. disponitur. Die Abfolgung aber zustehens der Unterthanen soll einem jedwedem, wann der Unterthan des Fürgebens geständig, oder dessen so bald überführet und überweiser werden kan, unweigerlich, sowohl in den Städten, als auf dem Lande wiederfahren. Unde & processus super vindicatione maxime solet esse summarius, TORNOV de Feud. Mecklenb. P. 2. p. 203, ibique all. MEV. P. I. Dec.



179. & rusticus vindicatus statim sine contradictione, si  
 jus vindicantis liquet, est restituendus. Jura enim gene-  
 raliter svadent, quod unus alteri in ejusmodi vindicatio-  
 ne auxilia præstanda haud denegare debeat, MEV. alleg. sa-  
 pius Tr. Q. 4. n. 13. ibique pluribus. Quamobrem Serenissimi  
 Patriæ Patres in Affecuratione & Revers: de annis 1572.  
 & 1611. § 44. sanctissime confirmaverunt: Fürs vier und  
 vierzigste, wollen wir unser getreuen Landschafft ausgetreene  
 Bauren in unsern Nembtern nicht aufhalten, sondern auf ges-  
 bühliches Ansuchen und Verweisethum, ihren Herrn wiederum  
 folgen lassen. Et in Additam. Resolut. ad Gravam. Specia-  
 liâ Sverin. 4. Serenissimus Dux clementissime respondit:  
 Die restitution eines Bauren, Nahmens Hans Vinnow in  
 Banfchow, nacher Grubenhagen betreffend, wollen Ihre  
 Fürstl. Durchl. denen Landes-Reversalen zugeleben, nach-  
 drücklichen Befehl ergehen lassen etc. & in Conventione inter  
 Serenissimos Duces Mecklenb. & Civitatem Rostochien-  
 sem Anno 1584. imita, quæ dicitur der Erbs-Vortrag, artic.  
 110. expresse promittitur, quod ejusmodi homines proprii  
 fuga se subducentes statim sint exhibendi & præcavetur,  
 ne jura civitatis absque dominorum impetrata manumis-  
 sione acquisita quidquam valeant. Consensit alleg.  
 Bauer-Ordnung Tit. 2. § 2. in fine. Mecklenburgische Pos-  
 sessen- und Land-Ordnung de anno 1572. tit. von Dienst-Pos-  
 then, MEV. ad J. L. Lib. 1. tit. 3. Artic. 3. n. 34. & 35. Si  
 vero Possessor restitutionem sine causa denegat, & rusticus  
 interim aufugiat, tunc ad satisfactionem vero domino præ-  
 standam omnimode tenetur, Tit. 2. §. 7. dictæ Constitu-  
 tionis agrariæ; Ne quo ulterius TORNOV. de Feud. Meckl.  
 P. 2. p. 205. Intentione autem ejus, qui hominem prop-  
 rium rei vindicatione persequitur, nondum plene proba-  
 ta, præsentaneus atque junior possessor ejus, illi, qui domi-  
 nium in eum intendit, donec probavit, cautionem de ejus-  
 modi hominis proprii persona ac bonis, quæ sc. secum ab-  
 duxit,

F

duxit,





duxit, præstare quoque tenetur, supra alleg. *Bauer-Ordnung* tit. 2. §. 8.

## §. III.

*Quid vero  
tunc obser-  
vandum, si  
in possessione  
libertatis se  
fundant.*

Libertatis favor magnus est, MEV. P. 1. Dec. 101. n. 1. & quidem tantus, ut in dubio semper pro ea pronunciari debeat, MEV. P. 6. Dec. 101. n. 10. quare & juris favor dicitur. ID. cit. loc. n. 6. & inæstimabilis. SPEIDEL *Specul. Jurid.* voce *Leibeigene Leute*, Addit. 4. ita ut contrarium allegans, dilucidis argumentis demonstrare teneatur, MASCARD. *de prob. Concl.* 980. Hæc tamen omnia recte procedunt, si aliunde servitutis jura certo & concludenter probari nequeant, aut is, contra quem actio intentatur, in possessione libertatis ita securus, ut per exceptionem præscriptionis omnem status quæstionem valide elidere possit. Unde MEV. in *sepius alleg. Tr.* 2. 4. n. 98. rectius distinguit, an quis in possessione libertatis, an alter in possessione servitutis sit. De utroque casu ibi pluribus, quare B. L. eo remitto. Dantur quidem varia concludendi argumenta, quibus libertas de jure & secundum observantiam Mecklenburgicam probari potest. Quo inter alia quoque spectat dimissio; Qui enim semel dimissus est & a gleba separatus, rursus ad istam vindicari nequit, MEV. P. 2. Dec. 234. n. 1. nec domino liberum est, illos nolentes postmodum revocare, quia semel remittentibus jura non datur regressus. ID. cit. loco n. 5. & 6. Huc referendum porro, si manumissi sunt per epistolam & instrumentum, quod vocatur *der Frey oder Erlass-Brief*, sive *Lass-Brief*, de quo MEINDERSII *Tractat. diss. 3. de manumissionibus & redemptionibus hominum propriorum*. Denique illis succurritur præscriptione. Quid vero tunc observandum, tradunt MEV. in *alleg. Tr.* 2. 3. n. 134. ad finem, ID. P. 1. Dec. 90. ID. ad 7. L. Lib. 1. Tit. 3. artic. 3. TORN. P. 2. p. 201. HUSANUS *de Hominibus propriis, Cap. 5. num. 39.* BRUNNEM. *comment. ad C. L. 7. Tit. 16. num. 19. sqq.* Dantur præterea varia



varia argumenta, quibus contrarium, nempe servitus, tam diu praesumitur, donec a parte adversa libertas probeatur. Quorum referentia sunt criteria, quae recenset COTHM. Vol. I. Resp. 40. & Vol. 2. Resp. 97. n. 18. 179. P. 6. Dec. 101. Sed cum minima circumstantia saepe numero variet rem, in fine solum addo, quod is, qui lege universalis nititur, praesumptionem juris pro se habeat, quae non solum transfert onus probandi in adversarium, sed etiam hoc operatur, ut fortiores probationes requirantur pro eo, qui istam praesumptionem infringere contendit, MERCKELB. apud Klock Tom. 2. Conf. 8. n. 48.

§. V.

Haec sunt B. L. quae de materia satis ampla, brevibus tamen inclusa, proponere volui. Multa adhuc tractari addique hic possent, huic scopo inservientia; verum plura addere nec temporis ratio, nec disputationes meae limites permittunt. Ablego cupidos uberiorum ad DD. citatos. Feci, quod potui: potui, quod Christe dedisti: improba, fac melius, si potes, invidia, TANTVM.

*Tandem  
concluditur;*

*Prænobilissimo atque Doctissimo Domino  
Doctorando SCHARFIO,*

*Amico suo æsumatissimo,*

*vitam & felicitatem apprecatur  
PRÆSES.*

**F**ilium B. Dn. Johannis Friederici SCHARFII, Juris utriusque Doctoris & Practici Mecklenburgici famigeratissimi, *cujus disputatio Inauguralis, de his, quae juribus ac privilegiis fisci perperam accensentur, habita Giesæ Anno 1711. Specimen est eruditionis nullis cedens & practicißimum;*

F 2

Nepo.





Nepotem B. Dn. Davidis Jonathanis SCHARFII, JCTi & Sere-  
nissi, Ducis Meckl. Consiliiarii Intimi & patriâ meritisissimi,  
& inter alia, ob Consultationes Juri Anno 1711. a jam lau-  
dato filio editas, juris publici & privati, communis & Mecklenbur-  
gici, præsertim etiam criminalis, edecumatam ubique spirantes eru-  
ditionem, inclusivè celebratissimi, creare Juris utriusque Doctorem,  
declarare pro JCTo, Avi & Patris emulo atque nominis adeo splen-  
didi propagatore, mihi insigniter gratum atque decorum est. Certe  
hec per totus muneris mei mihi talis est, ut parem non habuerim, me-  
liorem haud sperem. Promovi successivè multos Doctores, Viros, qui  
gradum Doctorem non minus ornant, quam quod per illum ornentur;  
sed sex viros dignissimos una in cathedram vocare superiorem,  
est felicitas, cui similem nondum expectus sum. Putabam, cum an-  
no 1735. quatuor crearem Juris Doctores celeberrimos, me quod-  
dam attingisse fastigium, sed sentio, quod gratia divina & Academia  
& mihi gradus destinaverit altioribus adhuc superiores. Sit nomen  
Domini benedictum! Ut autem tecum Consultissime Domine  
SCHARFI! specialius agam, gratular tibi, ex toto pectore, de stu-  
diis felicissime hæcenus tractatis, de examine summa cum laude ex-  
antlato, deque disputatione inaugurali mihi a te exhibita. & inde  
meo nomini plane non vindicanda. Gratulor de honoribus doctora-  
libus tibi ipsis instantibus Calendis Maji, Deo clementer annuente,  
tribuendis & publice testor, quod tu, Doctoris titulum abhinc nomi-  
ni tuo adscripturus, titulum cum re pro te feras. Salve igitur Vir  
Consultissime! & salvere te jubeant clementia & benevolentia il-  
lustres atque splendidi. Salutent te multi, quibus consiliis in causis  
suis opus est; Ego sponsor sum, quod te usus accedat virum cujus  
opera id certissime obtinebit, quod sibi debetur. Deus sit tibi cly-  
peus & merces, & saxit, ut diutissime valeas, in Patriæ ornamentum,  
in Familiarum inclutarum decus & omnium clientum salutem,  
Ita bene valens me tuis officiosissimis amicis nunquam non adnumera,

Dab. An. 1738. d. 26. Aprilis.



s,

ant

ff.









Rostock, Diss., 1736-38



VD18


f  
sb.











B.I.G.

Farbkarte #13

Pri. 28. num. 38.

~~Pri. 28.~~

23

Q. D. B. V.  
 TIO INAVGVRALIS IVRIDICA,  
 DE  
 OD PRÆCIPVE  
 EST, CIRCA HOMI-  
 ES PROPRIOS  
 IN  
 E G A P O L I.

1738,9

QVAM,  
 DEO AVSPICE,  
 CTORVM ORDINE IN ILLVSTRI ACA-  
 IA PATRIA SVFFRAGANTE,  
 SVB PRÆSIDIO  
 IOH. FRID. Manckeln,  
 DOCT. ATQVE PROF. ORD. FAC.  
 AD H. A. DECANI,  
 AC PROMOTORIS SVI COLENDISSIMI,

PRO  
 ROQVE IURE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
 TORALIBVS RITE OBTINENDIS,  
 DIE APRILIS MDCCXXXVIII.

H. L. Q. C.  
 E ERVDITORVM DISQVISITIONI  
 PVBLICE OFFERT



AVTOR  
 ONATHAN SCHARF.  
 INO-MEGAPOLITANVS.

ROSTOCHII,  
 S JACOBI ADLERII, SERENISS. PRINCIPIS  
 & ACAD, Typogr.